



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Ioannis Ioviani Pontani amorum libri II.**

**Pontano, Giovanni Gioviano**

**Venetiis, 1518**

Tumulus hominis mendici.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13534**

Heu quid amor, male castus amor qd crimina possint,  
 ipsa manu doceo cæsa Miella uiri.  
 Hærebam misera in gremio male saucia amantis,  
 Et mea languentis presserat ora sopor.  
 Irrumpit gladio coniux. heu uicta sopore  
 Vix sensi armatas in mea fata manus.  
 Eiectam furtim, exequijs, bustoq; carentem,  
 Tristis in ignota condidit hospes humo.  
 Tabueram, incestata diu nec crimina passus  
 Hymen, immundas excit in ossa sues.  
 Eruor infelix, populi nota, dedecus urbis,  
 Meq; trahunt rabidae per loca tetrica feræ.  
 Quæq; Miella fui, nomen sum nacta suillæ.  
 Discè puella tuo casta manere toro.

## HOMINIS MENDICI.

Nulla mihi uiuo domus, at nunc certa sepulto est  
 vitaq; paupertas, mors mihi diuitiae.  
 Vita mihi exilium. requies at certa sepulcrum.  
 Nudus eram uiuus, mortuus ipse tegor.

## VIOLINAE puellæ. ipsa loquitur.

Prata mihi tumulum præbent, uiolæq; sepulcrum  
 Fronde tegunt. mirum si uiolina uocer?  
 Non mihi ture opus est, aut nardo, aut arabe Myrrha;  
 Myrrha mihi, eñ nardus, turæq; sunt uiolæ.

## VRBANAE puellæ male sepultæ. ipsa queritur.

Rure quidem iaceo, cum sit mihi nomen ab urbe,  
 Nec titulus, nec sunt nomina uera mihi.